

www.e-rara.ch

... De omni sanguinis profluvio, Theses Medicas

Dold, Leonhard

Basileae, 1594

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-8003>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

D. D. D.
 HAS DE OMNI
 SANGVINIS
 PROFLUVIO,

Theses Medicas,

Decreto & Autoritate Am-
 plissimi & Gratosi Medi-
 corum Basiliensium
 Collegij,

*Pro supremâ in arte Medica Lau-
 rea impetranda,*

Publicè disputandas proponit,

M. LEONHARTVS DOLDIVS
 HAGANOENSIS.

Ad diem 12 Iunij.

BASILEÆ,
 Typis CONRADI VALDKIRCHII.
 CLO 15 XCIV.



EXCELLENTISSIMO
ET CLARISS. RERVM QVE
VSU PRAESTANTIS-
SIMO

D. D. IOACHIMO CA-
MERARIO,

Medico celeberrimo, inclytæ
Reip. Norimbergensium
protophyſice:

*Summæ in ipſum obſervantiæ, grati-
tudinis, amoris ergò.*

CLAR. ET DOCTISSIMO
D. D. IOANNI CVNONI
*Medico & Philoſopho
eximia*

Viris optimè de ſe meritis, has meritò,
pro more, Inaugurales theſes, de-
dicat, nuncupat autor.

ANNO MD XCIV.



De sanguinis profluuijs seu hæ- morrhagia.

1.

SYMP-**TOMATIS** huius varia apud autores pas-
sim habentur nomina: quæ tamen potissimum, tum
à parte, ex qua fluit sanguis, tum à modo, quo is exi-
re solet, desumuntur.

2. Est sanguinis profluuiū excretio præternaturalis massæ
sanguineæ, è varijs humani corporis partibus facta, à lesa re-
tentrice facultate vasorum producta.

3. **D I F F E R E N T I Æ.** Ex definitione proposita, hu-
ius affectus differentias declarandas statuo: Citra quarum
cognitionem inter curandum aberrare sæpius contingit. Igi-
tur à Forma fluxus alius est vehemens, alius mitior: alius con-
fertim factus, alius intercisè: sic consuetus & inconsuetus: or-
dinatus, inordinatus: alius criticus, alius symptomaticus, &c.

4. **A S V B I E C T O.** Fluxus sanguinis alius est prima-
rius partis, alius secundarius, & vel ob totum vel partes. Ex
fluxibus primarijs (communiori tamen loco seu meatu) alius
accidit naribus, et solo ferè hæmorrhagias nomine profertur.
(Gal. Com. 1. in l. 6. Epid. Hipp. & lib. 6. Epid. Com. 3.)

5. Alius per oris partes promanat, vel è gingivis, fauci-
bus, palato, gula, larynge, arteria trachea, pectore, pulmone,
pleura: atq; hæmoptoïseos nomine insignitur: vel à ventricu-
lo, vomitus cruentus dicitur (4. loc. aff. 5.)

6. Alius per urinarios ductus elabitur, sanguinis mictus
cōmuniter dicitur: alius per uteri partes exiens, menstruum
profluuium: alius per sedis venas, hæmorrhoidum fluxus nun-
cupatur: alius etiam per intestina & aluum excurrit, ut in
dysenteria contingit.

7. Quin & per alias partes sanguis fluere cernitur, ut
tam à veteribus quàm à recentioribus observatum est: per
mammās, ipsosq; oculos, aures, (6. aph. 10.) ac deniq; quācūq;
corporis partem, modo venarum oscula in ambitum corporis
distributa habeat: ut etiam asseruerit Aristoteles, per uniuersum
corpus, sudoris specie emanasse sanguinem excrementi-
tium. (Aristoteles 3. de part. an. c. 5. & 3. de hist. anim. c. 19. Ron-
dolet. l. de Cog. morb. c. 11. Fernel. l. 6. c. 4.)

8. Præterea (ratione subiecti proprii & particularis) alius
fluit à vasis maioribus, alius à minoribus: atq; alius ab al-
tè reconditis venis, alius ab illis quæ in superficie posite sunt:
Alius ab arterijs. (5. meth. 3.)

9. Fluxus secundarij sunt, dum v. g. alius per nares fluit qui
expectore aut ore regurgitat: per tussim aut vomitum, qui ex
vetriculo, iecore, liene, hæmorrhoidibus capite, expellitur, &c.
(Gal. Aur. l. 2. d. c. 9. 5. loc. aff. 5. 6. aph. com. 12.)

10. AB EFFICIENTE. Retentrix frustratur suo munere
vel propria ratione, vel ex accidente: ratione propria, nul-
lo interueniente alterius facultatis ministrantis vitio: sit vel
lesâ facultate vi morbi alicuius, vel vi erroris externi.

11. Morborum, & tanquam in continentibus, alius ab in-
temperie, quæ in Diapedesi apparet: alius à cōformatione ma-
la, ut in Anastomosi & etiam Diapedesi: alius à soluta unita-
te, ut in Diaresi & Diabrosi contingit sanguinis fluxus.

12. Erroris externi, & tanquam contenti (præter causas
violenter extrinsecus occurrētes) cū sit materia morbifica,
hec vel sua corpulentia solū & materia: vel vnā cum for-
ma & qualitatibus ledere cōsuevit, adeoq; tota substantia: vel
certis qualitatibus tantū. Vnde ob materiam fluxus alius e-
rit solius sanguinis multitudine & mole peccantis (quod ath-
letis & mutilatis frequens) siue is pituitosus, biliosus, melan-
cholicus, serosus, vaporosus ve fuerit.

13. Tota substantia ledens, & vel ut in corpore producta
est materia: inde alius fluxus erit corrupti aut virulenti

sanguinis, ut in cachexia, scorbuto, peste quadam, &c.

14. *Vel ut extra corpus producta est materia, & quidem à re aut prorsus contraria sanguinis naturæ ac partibus ut expellat; & sic fluxus alius fiet qui oritur homine v.g. à vipera cômorso, (Diosc. l. 6. c. 38.) vel ab hæmorrhoo serpente, (Diosc. l. 6. c. 32. Nicæd. in Ther.) aut certo veneno assumpto, &c. Aut à re cum sanguine similitudinem habente ut attrahat, qualis est excretio facta ob illinitionē succi plantæ cuiusdam Indicæ, & plantæ usum, proprietate sanguinem purgantis. (Manard. in Ep. Gal. de purg. fac. c. 6.)*

15. *Qualitatibus verò non omnibus agens materia morbifica, sed certis tantum, primis vel secundis, alius fluxus productus erit à materia calida, acri, erodente, tenui, serosa & interdum pituitosa.*

16. *Eadem materia pro ut motu vel quiete peccat, concitari fluxus alius potest vel à motu materia violento in partes & fines vasorum: vel à materia quiescente, sed adherente osculis venarum.*

17. *Porro hæc materia considerata ut mistum iam in corpore contentum, pro ut esse potest vel animatum & in corpore procreatum, oritur fluxus à vermibus & animalculis: si assumptum aut transglutitum sit, v.g. ab hirudinibus & eius generis alijs. (5. meth. 4. loc. aff. 5.) Vel inanimatū, & erit à re aspera, dura, acuta: eaq; similiter in corpore aut genita, ut à calculis, renum, vesicæ, pulmonum, &c. Aut assumpta vel immissa, sic fluxus sanguinis erit ab osse, hamo, spinæve impæta ortus.*

18. *Ex accidente labefactata retentrice: fluxus alius magis ab expultrice deprauata originem habebit: alius magis ab attractrice; ut qui dolore, frictione, &c. concitatur. (3. symp. caus. 5. 2. diff. feb. 10.)*

19. *SIGNA DIAGNOSTICA. Generatim omnis fluxus sanguinis imminens, modò notabilis futurus sit, præcognoscitur; (1. ad Glauco. 15. 1. Epid. c. 2. T. 55. 3. Prognost. c. 1. T. 35.) quam*

do partes per quas, aut iuxta quas, futura est eruptio, tendantur, rubeant, doleant, pulsus & titillationis seu morsus sensum percipiant: & magis si suppressa euacuationis consueta tempus instet, precedat lassitudo, &c.

20. In facie si oculi subito q. obscurentur, splendeant, rubeant, & rubra spectra cernant, si aures tinniant, ceruix doleat. In pectore si difficilius spirent solito, repletio acri sensu percipiatur, & si maxime consuetus fluoꝝ pridem fuerit, si ad spinam & lumbos doleant, ut acri flectantur, &c.

21. His rationibus ferè etiam criticè fluxuri sanguinis signa sese patefaciunt, si praesertim die Indicatorio eius nota praegresse sint, vel concoctionis: ut & iam praesentis criseos signa sunt, si praeter haec, morbus ad quem sequitur mitigetur, atq; praeterea confertim fiat, nat. i. & iv, cum virium tolerantia. (15 per sang. miss. & 16. l. ad Glauco. 14.)

22. Sanguinolentã verò excretionem quae iam fit, & quidem per consensum: cognoscet qui viscerũ & partium aliarum proprios affectus scrutabitur: plerumq; tamen susceptus ab alijs partibus sanguis, niger redditur. (Cels. Aur. l. 2. d. c. 11.)

23. Ex capite descendisse sanguinẽ coniicimus, si illud calfactum plenumq; fuerit (adhibitis tamen signis supra expositis:) Et sic ex naribus stillantem sanguinem discernimus: qui si viscerum aliorum ratione fiat, illa affectu appropriato causa, non carere, deprehendetur: ut & si morbi venis conclusi & acuti praecesserint, qui crisi hac finiuntur.

24. Qui per os expuitur, si à capite, aut plurimus prius per nares deriuatus est, aut sensus adest patientis à palato in buccam illabentis. A gingiuis & alijs oris partibus cognitu facilis; ut & si subsint scorbuti faeditas, vel aphthae, simplici spuitione rejicitur: à faucibus cum screatu: qui profundius, ex arteria aspera, non sine tussi, sed quantitate minori exit, spuito fibris tenuiss. commixtis.

25. Si ex pulmone sanguis elicitur: tussi vehementiori ejcitur: (7. aph. 37. 5. aph. 13. Cels. l. 2. c. 7.) spumosus apparet, rubicundus,

cundus, cum perseverantia tenuis, sine dolore: si ex ulcere aliquid etiam puris commisceri solet: si etiam tum aliquid ramentorum aut caruncula de substantia partis laese protrudatur, (1. loc. aff. 2. 4. loc. aff. 5.) magis de parte affecta certi erimus: fieri enim potest ut aliunde ad subiectas partes sanguis defluens, illinc iussuendo excutiat, spumetq. (7. aph. com. 30.)

26. Ex pectore valentiori adhuc tussu eicitur, (4. loc. aff. 5. 7.) sanguis magis nigricat, copia minor, dolor circa pectus maior, difficilius excernitur: qui ex pleura similiter dolore situ ve patefit.

27. Ex ventriculo vel gula prodiens, euomitur: ex illius substantia, ruber est & paucus, grumosus verò, niger, si ex alijs partibus, ex hepate, liene, atq. frequentius, si à capite in ipsum delapsus fuerit: facile delinquant animo, cibi fastidio, dolore ventris agri torquentur.

28. Mictio cruenta, non nisi ex cognitione status partium, urinam huc ablegantium & deferentium, iecoris dico, renum, vterum, vesica, ipsorum quoq. vasorum seminalium, (Gal. Aur. l. 5. d. c. 6.) percipitur: In quibus omnibus vel venarum apertiones, erosiones, vel ulcera consistant oportet: quae tamen facile ex sanguinis substantia, permissione, pure, sorde, sanie, grumis, dolore & exeundi modo & similibus distinguuntur.

29. Eadem est ratio in muliebri profluvio, in quo copiosior, consuetaq. collectionis transgressio sermone agra, vel etiam imbecillitate illius cognoscitur: (6. loc. aff. 5.) vel praecesserunt partus laboriosi vel abortus. Si aliunde quam ex utero, nisi insignis vena sit, nigrior ac grumosior esse solet: quò verò ex partibus magis vicinis, eò solet esse rubicundior, & fluidior.

30. Ab haemorrhoidibus decedens sanguis internoscitur, si illa consueti aliàs sint, si modò ante, modò post fecales excretionem fluant, quae tamen plerumque etiam tumentiores apparent.

31. Per aluum excurrente, ab intestinis, illorum exulcera-

tio denotat, ramenta, atq; interpolata deiectione. Ab hepate, illius imbecillitas, color exeuntis lotura carnis similis. A liene, ventre, capite, &c. crassus, concretus, splendensq; saepe aterrimus: aut si non concretus, spumofus euadere solet. (7. aph. 30.)

32. Ob anastomosin fluxus confertim irruit, boni coloris est exiens, ut & à ruptura. Per diapedesin, solet esse tenuis, aquosior, albicans sanguis, fluit paulatim; & hi sine dolore. Diare-sin testantur penetrantia violenter, ulcera maiora, ruptiones, cum exitu subitaneo atq; dolore loci manifesto, nisi pars sua natura indolens sit. (5. meth. 6.) Erosionem declarat humor acris, salsus, in toto vel parte quapiam genitus dolor, paulatim & exigua copia fluit, ulceris sordes una conspicitur.

33. A copia sanguinis excitatus fluxus, ex vita plenior victu peracta conijcitur. Arterialis sanguis colore flauo, lucidoq; saltu exeunte, debilitate ilico subsequente, sensibus innotescit.

34. Corruptus, virulentus, non tam inspectione quam causis corruptentibus cognoscitur. Fluxus à causa natura nostra contraria, patet, si subito corporis statum alias integrum, adoritur certâ symptomatum vehementiâ. sic à vipera v.g. præ-morsis (Diosc. l.c.) aiunt per gingiuas primum exire sanguinem, post etiam cum tussi: Per cicatrices corporis, omnesq; tandem meatus apertos, is qui fit ab hemorhoo serpente lassis. A toto si exire contingeret, non nisi causam singulari proprietate agentem præcessisse oporteret.

35. Animati inhaerentis gratia factus, ut puta ob sanguisugæ ingressum, noctu potantibus, aut natantibus, (4. loc. aff. 1.) veritas ad Solem explorabatur: certius ex sensu titillationis, suctu continuo, & sanguinis tenuioris assiduis stillis, necnon tumore patet. Inanimati inhaerentis causâ: sermone ægri, aut instrumentis, tum dolore, tumore, inflammatione subita, & grumis conspicitur.

36. Neg, tandem difficile fuerit inuestigare sanguinis fluorem ob qualitates manifestas concitatum, cum ille ab exeuntibus

tibus assumptis & corporis constitutione elucescat. Ut neque ob motum vehementem sanguinis aliquid latere potest, carnis cognitio.

37. INDICATIONES. Cum omnis recta, ex ratione profecta curatio, indicationis beneficio absoluitur, (3. meth. 1. 5. meth. 10.) illa nunc depromenda sunt. Quo ad res præter naturam, & quidem ratione morbi, intemperies indicat alterationem sui: raritas vasorum & laxitas condensans, & adstringens & siccans: sic apertio obturans & contrahens, diuisio uniens, erosio emplasticans, illinens, consolidans; vlcus verò abstergens, siccans, carnem generans & claudens indicat.

38. Ratiõe causarũ, massa scil. sanguinea, siquidẽ sanguinis copia fuerit, indicabitur sectione vena minuẽs. Sic arterialis fluxus ilico sistens & cohibens: humor alius cũ sanguine mixtus, sui vacuationem, partim purgatione, partim vena sectione: (5. aph. 36. 5. meth. 3 14. l. per sang. mĩs. 9.) si vapor, discutiens & consumens innuit.

39. Sanguis qualitate molestus alterandus quoq; erit; Calidus, tenuis, acris, refrigerandus, incrassandus, contemperandus: corruptus, putridus, &c. quatenus vehementem noxam infert, & reduci non possit, eradicans. Qui à re nostro corpori contraria fluxus oritur, & ut vires deijcit, alexipharmacum indicat.

40. Corpori inherencia animata eijcienda aut necanda; inanimata euellenda: quatenus angunt & ledunt, molliendæ partes, laxandæ, dilatandæ.

41. Motu peccans, inhibens atq; frenans: ratione vehementie reuellens, citra vehementiam, deriuans: ratione termini ad quem, repellens sanguis indicat.

42. Fluxus ordinatus sui quidem ratione nihil indicat, nisi noceat, tum supprimens aut ordinem peruertẽs. Criticus, si sufficiens sit, nihil mouendum præcipit; sin debilis, adiuuandus & promouendus, &c. (9. meth. 5. 8.)

43. Res secundum naturā siue subiectum tum partiū tum totius, sui solūm conseruationem exigit: substantia quidem viscerum ac vasorum calorem innatum vniens, conseruans, tum roborans & adstringens: vnde partim alimentū partim medicamentū seu alimentū medicamentosum indicabitur.

44. SIGNA PROGNOSTICA. Inuenio per indicationes actionis exordio, (3. meth. 1.) sequitur ut prius de prognostico agamus. Generatim certè omnis fluxus ~~febris~~ nimius, ob syncopin metuentus, ni maturè occurratur (1. ad Glauc. 14.) & maxime, si conuulsio aut singultus succedat: (5. aph. 3.) qui si non ad interitum, saltem ad frigidos & diuturnos morbos: mulieres verò ad abortum ducit: & si febris annexa, eò peior euadit (aph. 37.)

45. Ordinatus sua natura malus non est, licet saepe diuturnus: (6. Epid. T. 37. Cal. Aur. l. 2. d. c. 12.) si antequam mandantibus partib. curatione prospectū fuerit, sistatur, grauissimorū morborū autor fit, qui alias salutaris esse consuevit sanguinis fluor. (1. ad Glauc. 15.) Criticus expetendus & bonus; symptomaticus ferè lethalis, si maximè initio fiat morborum, locis inconuenientibus stillans. (4. acut. 67. 1. prorrh. Gal. in com. f. 2. T. 47.)

46. Ratione subiecti, si maiora vasa rupta sint aut aperta, lethale. Ab arteria, breui magnū imminet periculum vitæ & viriū, agere sistitur impetus. Qui funditur in partes internas, putredine fit pessimus. (6. aph. 20.)

47. Effractis capitis venis interioribus, mors imminet. Narium fluxus, qui iunioribus frequentior, modò conferens est acutis, & capitis morbis: (6. aph. 10. 2. Epid. si. 5. aph. com. 33. 1. prorrh. 3. T. 58. 3. prognost. 11.) saepe etiam ab antiquis liberat alijs: utilissimus (5. aph. 33.) menstruis suppressis contingens; modò verò damnum inferens, si v. g. è nare dextra fluat liene tumido. (1. pradiēt. & 2. l. per sang. miss. c. 11. 1. prognost. com. 36. 1. aph. com. 21. & c.)

48. Ex aspera arteria facilis, (5. meth. 9. 11.) ex pulmone diffi-

difficilis, non tamen terribilis, si tempestivè occurrat. (s. meth. 14. 7. aph. 16. Cels. l. 2. c. 8. 7. aph. 15. Cels. l. 1. c. 7.) alioquin febrem tabificam, post defillationes, purulentiam, moriè: vel quod minimum est, diurnitatè portendit. Si febris (4. aph. 47.) adsit continua, actum est. Ex pectore simpliciter periculosus non est, diurnus tamen. (4. loc. aff.)

49. Vomitus sanguinis perseverans, concoctionem necessario lædit, facilius succurritur, si sine febre: (7. aph. 37. 5. aph. 32. Cels. l. 2. c. 8.) si menses erumpant, curatur; familiaris scæminis quibusdam & admirandus prorsus, suppressis mensibus. (Areteus l. 2. c. 2.)

50. Difficilius curatur sanguinis miçtus ab ulcere & vulnere; grauior, si viscerum imbecillitate; sape tamen & hic à morbis alijs liberat. (l. 2. progn.)

51. Ab utero & hæmorrhoidibus securi ac salutes, nisi ordo & legitima quantitas, iudiciumq; peruertatur: (6. aph. 11. 5. aph. 57.) sic enim in Cachexiam, hydropem, atrophiam ægros ferè conjici necesse est. (6. loc. aff. 5.) difficilior est abortientibus, & primiparis. (Hipp. de mor. mul.)

52. Per aluum facti fluxus boni sunt, si nigri, (4. aph. 25.) modò non ex copia acris & adusti sanguinis lotura similes, cum colliquationibus, si non interitum ostendant diurnitatis & difficiles.

53. Fluxus qui sunt per anastomosin & erosionem, periculosi sunt ob copiam & causæ vehementiam: ægriusq; curantur, maxime si cum ulcere pulmonum. (s. meth. 14.) À dieresi, minùs, nisi magnorum vasorum & ab interna causa. Minùs periculosi, qui à diapedesi.

54. À Copia fluor, plethoricis remedio est, facilis. Ab humoribus excrementitijs, haud ita verendus quoq; nisi iuncta sit malignitas: tum enim si virulentus, à certa contrarietate productus, cum facultates omnes ferè lædat, quis non nisi malum certissimum augeretur? ab acris & erodente qualitate, contumax esse solet. (s. meth. 14.)

55. Sanguisugae ne eximantur, atrophiam inferunt & caloris extinctionem, febres excitant, dolores capitis, ventris; est curatu difficilis fluxus inde ortus. Reliqua similiter qua emelli non possunt, euidens periculum monstrant.

56. *CRATIO.* Nunc ut illa addamus, quorum gratia superiora omnia praemissa sunt, de triplici noto curationis instrumento agendum: Primum de manuum operatione; Hac utemur, quoties ex plenitudine aut acrimonia sanguinis fluxus incidat, venam secando, audacter, neglecto etiam virium statu & aetate, ex via tamen communi, vacuandi totius gratia. (5. meth. 14. 1. aph. 3. Cal. Aur. l. 2. c. 13. De per san. missio. 11.)

57. Sublata plenitudine, durante fluxu, in eodem praesidio genere persistentes, variabimus secundum velocitatem, tarditatem & impetum illius ad partes, sed locis magis distinctis, reuellendo & deriuando, per communes venas, (13. meth. 19. Gal. de per san. miss. c. 15. 1. ad Glau. 14. 5. meth. 3.)

58. Vnde à capite ex naribus, faucibus, pectore, pulmone, ventriculo prorupte sanguine, humeralem secandam iubent Medici, aut mediam brachij, (5. meth. 3. 5. 8. l. de phleb. 11. 3. prognost. c. 72. 6. Epid. f. 22. c. 3.) ut etiam si ob destillationes, Galeno monente: quamuis Aetius, Paulus, Alexander sectam ad malleolum venam praferant. Horum tamen vicem clysteria acria tenent, sic non incommode in brachio, quando per inferna corporis sanguinis fit eruptio, sanguis mittitur.

59. Hoc praesidio utendum, dum fluit & urget, modò per vires liceat. (5. meth. 3.) sed quantum? Paul. & Auicem. in narium fluxu v.g. ad animi deliquium mittunt, Galen. merito id improbat, (per sanguin. missio. 11. 12. 5. meth. 13.) sapius potius quam confertum sectionem admittens. Sed haec omnia ex vehementia fluxus & virtutis statu, quam certa quantitate, determinanda.

60. Sed quandoquidem iuxta declaratum modum sapius progredi non licet, ad alia deuenimus, vel illa una coniungimus. Vnde e.g. in narium fluxu vehementi, cucurbitula hy-pochon-

pochochondrio admonentur, etiam ante phlebotomiam: (1. ad Glauco. ult. 5. meth. 3. per sang. miss. 11. 1. prognost. c. 36 13. meth. 19.) Epatis quidem, si è dextra, lieni, si è sinistra nare sanguis feratur: deriuandum insuper, scapulis & summa ceruice scarificatis, aut sanguisugis post aures applicitis: Interdum frontis vena aperienda: atq; reuulsionum genera alia tentanda, ut sunt qui non inutiliter testes ligent, & frigidis irrigent. alie ligatura, nisi moderata, nunquam conueniunt. (Cal. Aurel. l. 2. d. c. 13.)

61. Quando ex oris partibus, occipiti cucurbitulas admo-
nemus: si ex thorace, præter omne reuulsionis genus in infe-
rioribus factum, cucurbitas etiam femoribus aut coxis injici-
mus, aut pectini, materia ad uterum vel hemorrhoidas dedu-
cta. Ob destillationem à capite, sæpe cauteria, vesicantia aut
rubeficantia ex usu sunt.

62. Qui per ventriculum à visceribus aut intestinis mitti
solitus est sanguis, is quacung; ratione euacuandus ad exteriora;
vel commodissimè magna cucurbita, ventris medio apposita,
per horas aliquot, compescendus.

63. Qui per hemorrhoidales venas, is etiam partim cu-
curbitulis hypochondrio affixis, partim interscapulio, una
cum illis quæ ad exteriora sanguinem fundere possunt, frictio-
nibus & fomentis auertendus. In fæmina ad uterum ducen-
dus sanguis, pectini cucurbita imposita. (1. ad Glauco. 14. 5.
meth. 3. 13 meth. 19.)

64. Uterinus fluor nimius, cucurbita maiore mammis im-
posita compescendus, (5. meth. 3. 5. aph. 50.) aut coxis scarifica-
tis, vel etià ad hemorrhoidas ducendus. Et sic ferè res sese ha-
bet in sanguinis mictu.

65. In sanguinis excretionem ab intestinis, et si ulcerata sint,
sitamen purus ille fluat, atq; eò magis, si adsit inflammatio, non
adeò verenda sanguinis missio ex brachio.

66. Quòd si ilicò fluxus suppressendus sit, atq; vena in
conspèctum veniunt, commodissimè ferro inuruntur: hoc ob-

seruando, ne si hemorrhoides sint, omnes una vice inuramus. (6. aph. 12. Cels. l. 3. c. 7.) Si vas magnum sit, & sub aspectum ca dat, in totum saepe praecidendum. (5. meth. 3.)

67. Ex Pharmaceutico fonte, medicamenta tam interna quàm externa haurienda sunt. Humores vitiosi sanguini am- mixti, protinus medicamento euacuandi sunt, materia ac- commodata humorum speciei atque excessui, tum quantita- te tum qualitate conuenienti, modoq; debito. (5. meth. 7. 14. 15. Auicenna F. 1. doct. 3. Tr. 3. c. 6.)

68. Sanguis porro distemperatus & quidem acris, fer- uens, tenuis, mobilis, opportunè contrarijs contemperatur ac sistitur: vel potu seri, acidularum, ipsiusq; frigida, aqua cha- lybeata, aut infusione ex decoctis Rosarum, Cich. Endiu. Sem- peruiui, Viol. Portulacæ, &c. Vel Electuario ex similium ma- teria parato, additis Syrupis ex Nymph. ex Fragis, Papauere, & pulueribus specierum Diamarg. frig. Trochisc. ex Viol. ex Camph. &c. sine melle.

69. Qui à re nostra natura inimica sanguis profunditur, cum vel immoderatè sanguinem moueat, vel vires debilitet, huic feliciùs non nisi alexipharmaco succurritur, ut Bolo Arm. Lemnia terra, Bezoartici (Amuletis insuper etiam ex Iaspide, & Carniolo, &c. appensis) vel potius vel electuarij forma, primo quoq; tempore exhibendo: vocatis simul in praesidium ijs quæ egregiè vires rescicere possunt.

70. Inherentia quando euelli aptis instrumentis non pos- sunt aut expelli, partibus prospiciendum laxantibus & dila- tantibus, atque inflammationem arcentibus: ut decocto Mal- uæ, Altheæ, Lini, Psyllij, linctu et litu olei Amygd. d. Violar. &c. Si vinum sit animal inherens, necandum Absinth. Card. b. &c. vel expellendum sale cum aceto, aut nitro ex melle. (Cels. l. 5. c. 7. Scrib. Larg. c. 99.)

71. Sanguinis grumi posca sunt dissoluendi, (Cæl. Aur. l. 2. c. 10. 14. 5. meth. 8.) aut Syrupo acetoso, Oxy-melle, Capill. Ve- neris, Thymi, aqua Gram. vel coagulo cum aq. Acetose, Sca- biose,

bioſa, &c. atque tum expurgandi Caſſia, Tamarindis, &c. de his tamen loquor, qui in cauitatibus conſiſtunt, ut puta ventriculo, pectore, &c. atque tum maximè conandum hoc eſt, quando ſine ~~cau~~ diſſolutione medicamentū ulterius penetrare nequit, aut noxam inferat thrombus.

72. Iam vas eroſum claudendum illis quæ cum lentore, frigiditate mediocri, ſiccitate ſine morſu impleant & obſtruant: eius farina ſunt Bolus Arm. Sigillum Lemnium, Sanguis Draconis, Hematites, Corall: quibus addenda ſarcoitica, ut modicè ſiccantia & adſtringentia leuiter ac glutinantia, in quorum cenſu habentur, Thus, Maſtiche, Gummi Acacie, &c. ex mulſa, Clareto vel Vino ſacharato excepta, aut conſeruis v.g. Roſarum antiq. Symphyti, &c.

73. Ruptio vaſis quæ adhuc curabilis, iſdem quibus eroſio curatur, ſed tamen præter illa hîc magis adſtringentibus opus eſt, à quibus initium faciendum: tandem verò ad conſolidantia remedia eſt accedendum. Et quoniam cum his neceſſariò coniuncta ſunt vlcera, aut etiam deſtillationes, hæ capite exiccato & roborato, illa verò optimè deterſa, impletione & conſolidatione curanda, quæ tamen alterius loci ſunt.

74. Exudatio, & apertio oſculorum ſimiliter contrahentibus ac ſiſtentibus curantur, ſed ita ut potiùs exiccantia & adſtringentia quàm emplaſtica eligamus. Inter poculenta eſſe poteſt Syrup. ex Roſis ſiccis, Mentha, Myrtill. Cydon. cum aquis Plantag. Polygoni, Equiſeti, &c. ex uſu etiam ſunt aquæ thermales, aluminofa, interdum ſulphurea; vel olei vitrioli gutta aliquot ex liquore commodo; Inter eſculenta boli, qui conſiunt ex modo dictis, & roborantibus.

75. Super-eſt ut intemperies partium, etiam tollatur contrarijs, paſſim obuijs, ita tamen ut ſecuritatis gratia adſtringentia non omittamus, quibus potiſſimum in hoc affectu hepar gaudet.

76. Sed hîc ſymptomatis ſcinitia ordinem ſæpe peruertere

cogimur, ne ad deliquium animi aut mortem ducatur ager, unde vel nihil proficiente vario auersionis genere, vel etiam antè, conandum est, ut vel adstringentibus & Emplasticeis, vel quacunque ratione sistatur sanguis. Cuius gratia exhiberi potest Philonium Persicum, Aurea Alexandrina, Extracta opiata, &c. Inter simplicia, semina Plantag. Rhois, Kermes, Galla, Balauſtia, Corallia, terra Lemnia; ut & composita Trochisci de terra Lemnia, de Carabe, Ramich, &c. referuntur & huc quæ suspensa ex collo utiung, sanguinis profluvia inhibere creduntur, ut Iaspides, Carnioli, &c. Quantitas superiorum non sit nimia, ne prorsus expultrix sopiatur: nec his nisi alijs prius expertis, quæ ratio præmitti docet, utendum.

77. Atque illa hætenus exposita medicamenta, singulis partibus quasi propria reddenda sunt, calidis tenuibusq; admistis: (7.comp.med.fl.4.) tam in illis quæ intrò assumuntur, quàm quæ foris applicantur, quæ externa dicimus, de quibus nunc agendum.

78. Inter externa primum locum habent, quæ repellere à parte possunt, frigida omnia, aut adstringentia magis minusq;: v.g. aq. frigida, posca, Solani aq. Lenticule palustris, Plantag. Cydoniorum, Mucilag. ipsius & Psyllij, Portulacæ succo: ita decocta, unguenta, emplastra, cerota varia in rem præsentem præscribi possunt.

79. His uti oportet actu frigidis plerunque, (Aet. l.4. ser.4. c.66.) vacuato toto, ante alia præsidia omnia, sæpius, & donec impetus fluentis sanguinis ablati fuerit: neq; tamen ubique supra locum affectum ipsum directè, (5.aph.com.23.) sed vel circa, vel ubi venas illas latere credimus, per quas sanguis accurrit, sæpius commutando. (Cal. l.2.d.c.13.) Vnde in narium hæmorrhagia commodè faciem aqua frigida conspergimus, aut oxýrrhodino frontè collumue circumdamus, & sic in alijs: non tamen adeo tutò in sanguine à pectore reiecto his repellentibus utimur. (5.meth.)

80. Externæ materia quæ fluentem sanguinem suppressere,

mere, retinere & quasi immobilem facere possunt, etiam ex validissimis constant, quandoque narcoticis. Vnde in hunc usum parantur Cataplasmata ex Gypso, Alabaistro, ex Hematite, Malicorio, Galla, Hypocistide, Alumine, cum oui albumine, succis aut vino adstringente malaxata, in quo vel Dragacath. Ichthyocolla, sanguis Draconis, &c. sint dissoluta, et ut longius penetrent, aceto vel camphora permista.

81. Utimur his premisis illis quæ causam tollant è medio; (s. meth. 3.) hæc ipsa medicamenta varijs formis, iuxta subiecti diuersitatem usurpare possumus, ut licinijs, pessarijs, suppositorijs, fomentorum etiam, emplastrorum & balnei ritu. neque tamen actu semper frigida & ubique locanda aut diu continenda, aut ante sanguinis competentem missionem, ne & spiritus & vitalis facultatis influxum unà cohibeamus, aut profluvium augeamus, quod maximè erosioni accidere potest. (s. meth. 6.)

82. DIÆTA. Ut indicationi quæ rei secundum naturam est, satisfiat: si virtutis lapsum respicimus ut præceptum est, in hoc casu, optimè & celeriter nutrientibus succurrimus, ut vino temperato albo, rubello, odorato, &c. (Cels. l. 3. 3. meth. 4. & 9.)

83. Sed non inutile fuerit victum secundum affectuum varietatem instituerè. Imprimis enim Diapedesis optimo victu qui sanguinem crassiorem & laudabilem (stante viscerum robore) gignat, curatur: sic & gratia reliquorum affectuum, victus modò adstringens aut obstruens imperari potest: vinum rubrum austerius, (l. ad Glauc. 14.) pulmenta ex amylo, oryza, & alia cum sem. Melon. Papau. Rhois condita, &c. Pyra, Cydonia: quin & ea quæ parius deperditam substantiam, ut alimenta crassioris succi, gelatina scilicet & Cochleæ conuenienter preparata, &c. (Cal. Aur. l. 2. c. 13.) offerenda.

84. Potissimum tamen huc vocanda ex 6 rerum non naturalium numero quæ accommodata videntur, ut aer &

*cubiculum temperatum, minimè ventis expositum. Vnicè vi-
tet calida: (s. aph. 16.) summa quies sit corporis & animi: situs
cōtrarius loco ex quo fluxus: Exercitatio sint gestatio, frictio:
viet aspectum rubrorum, splendentium: maximè verò bal-
neum, (1. ad Glanc. 14.) somnus sit productior, vigilias fugiat:
alius nunquam non sit aperta.*

Hæc de solitarijs hisce affectibus sufficiant, quæ ar-
tis vsus varijs symptomatibus & morbis, atque ipsas e-
tiam causas inter se variè complicatas de-
prehendit.

F I N I S.

